



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. I. De privilegio immunitatis à solvendis decimis etiam novalium?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

habeat ab Episcopo v. g. & Papa, ita ut si succumbat ex uno, ex altero se defendere possit (cùm nullus prohibeatur pluribus defensionibus uti, juxta *reg. 20. in 6. ex c. cum olim 14. b. t. pater*. neque enim impetrans secundum privilegium censetur renuntiare priori privilegio, super eadem re obrento, sed potest uti tam priore, quàm posteriore, prout utile videbitur.

SECTIO III.

De aliis privilegiis specialibus, de quibus agitur in hoc titulo.

§. I.

De privilegio immunitatis à solvendis decimis etiam novatum?

De hujus §. I. materia satis actum videtur in *lib. 3. Decret. tit. 30. præsertim sect. 5. & 6.*

§. II.

De privilegio celebrandi vel audiendi divina officia tempore interdicti generalis?

Quid sit interdictum generale, infra in Tit. de sententia excommunicationis dicitur, ubi etiam, quid fieri possit, vel non possit tempore interdicti generalis, explicabitur. Hæc ea tantùm quæstio moveri potest, quomodo intelligenda sit illa licentia, quæ nonnquam regularibus conceditur tempore interdicti talis, divina celebrare, & u-

tùm etiam ad Episcopos extendi posse privilegium concessum regularibus, ad divina celebranda, interdicti generalis tempore, cui utriusque quæstio respondetur primò, licentiam illam, quæ conceditur regularibus, ut si Eleemosynas conquirendo ad locum aliquem interdictum perveniãt, in eorum adventu loci in anno aperiantur Ecclesiis, ubi etiam excommunicatis, & specialiter interdictis, divina illis celebrare liceat, ita intelligendum esse, quòd una tantum loci illius Ecclesia, & semel in anno, ad divina talia celebranda, aperienda sit, quamvis enim textus in *cap. ne privilegia 24. §. illud etiam h. t. in plura numero loquatur, aperiantur Ecclesiis, si plura tamen explicat, quòd hoc interdictum debeat de omnibus Ecclesiis aperienda, ne vili pendatur sententia interdicti, sed de una tantum Ecclesia in tali loco interdicti aperienda, & de aliqua etiam impedienda, in alio loco interdicti, quæ explicatione supposita, non videtur, quomodo verificetur, quòd in plerisque locis numero dicunt jura, *aperiantur Ecclesiis.**

Respond. secundò, quæstio privilegia regularibus concessa ad divina celebranda non sint, cùm privilegia ab una persona, cui concessa sunt, extendi non debeat ad aliam personam interdicti materia, ipsa jura hæc exemptionem faciant *cap. quædam nonnulli 2. p. 1.* ob favorem Pontificalis officii, idcirco licebit eodem modo, cum interdictionibus, & limitationibus, divina celebrare, talis interdicti tempore, quòd licet